v. 219. Aut absint vis, fraus, ac jus ades, aut cadat æther.
v. 220. Vis, fraus, lis absint, æquum gerat, aut ruat orbis.

32 Nacti verò nuper sumus, ipso communicante, alium ejus versum invento sanè publicè legi digno, quem meritò *plus quam Protea* dicas, neque enim in idem tantùm, sed alia plurima carminis genera convertitur. Verba enim hæc: *O almæ* (sc. Deo) *mactus Petrus* (sponsus) *sit lucro duplo*: variè transposita dant Alcaicos 8. Phaleucios 8. sapphicos 14. Archilochios 42. in quibus omnibus intercedit elisio. At verò sinè elisionè facit pentametros 32. Jambicos senarios tantùm, 20. Scazontes tantùm, 22. Scazontes & Jambos simul 44. (& ita Jambos omnes 64. Scazontes omnes 66.) si syllabam addas fit Hexameter, v. g.

Fac duplo Petrus lucro sit mactus, ô alme!

33 variabilis versibus 480. Cæterum artificii magna pars in eo consistit, quòd plurimæ syllabæ, ut prima in duplo, petrus, lucro, sunt ancipites. Elisio autem efficit ut eadem verba, diversa genera carminis syllabis se excedentia, efficiant. Alium jam antè anno 1655. dederat, sed variationum partiorem, nempe Alcaicum hunc:

Faustum alma sponsis da Trias ô torum!

convertibilem in Phaleucios 4. Sapphicos 5. Pentametros 8. Archilochios 8. Jambicos senarios 14. Scazontes 16.

34 Sed jam tempus equûm spumantia solvere colla.

Si quis tamen prolixitatem nostram damnat, is vereor; ne cum ad praxin ventum erit, idem versa fortuna de brevitate conqueratur.

FINIS.

Errata difficiliora.

IN synopsi pag. altera lin. 26. dele: (*Virgilii casualis*) semel. In demonstratione Existentiæ DEI, p. altera lin. 4. pro *tantum* l. *totum*. lin. 27. inter: DEUS, &: *q.e.d.* pone punctum. lin. 30. pro *3.* l. *13.* In ipso tractatu pag. 1. lin. 12. pro: *signat* l. *signato*. pag. 2. lin. 14. pro *Anaysis* l. *Analysis*. p. 4 lin. 4. inter: *diversis*, &: *invicem* pone: *15.* pag. 8. lin. 12. pro *munerus* l. *numerus*. lin. 26. pro *particulari* l. *particulares*, pro *doto* l. *dato*. pag. 9. lin. penult. pro *disceptione* l. *discerptione*. pag. 10. lin. 7. pro *disserpantur* l. *discerpantur*. pag. 11. lin. 22. inter: *quas*, &: *esse* pone *4.* pag. 15. lin. 17. inter: *modorum*, &: *Hospiniano* pone: punctum dele *quia*. p. 19. lin. penult. pro M quod tertio loco ponitur l. *μ*. p. 20. lin. 21. dele: *de*. lin. 23. pro *quas* l. *quos*. pag. 24. lin. 23. pro *cujus* l. *hujus*. pag. 26. lin. 21. pro *countium* l. *coeuntium*. pag. 27. lin. 26. pro *judciis* l. *judicis*. pag. 30. lin. 16. loco Commatis secundi pone: C. lin. 23 in fine adjice: (*Sed vel unus*, Monarchia; *vel plures*, Oligarchia Polyarchica.) p. 31. lin. 22. pro *quod* l. *quot*. p. 32. lin. 6. pro *erequitur* l. *exequitur*. pag. 33. lin. 2. inter: *24.* & o *24.* pone: 1. lin. 13. pro *prædicalis renatis* l. *prædicatis relatis*. lin. 24. pro *denite* l. *deniq;*. pag. 34. lin. 8 pro *Exicureæ* l. *Epicureæ*. pag. 35. lin. 17 pro *severe spectus* l. *sive respectus*. lin. 31. pro *sumto* l. *sunto*. pag. 37. lin. ult. dele: (*3*) ubi nunc est, & idem intersere potius voci: *comznationes*, statim post: *2.* pag. 39. lin. 3. pro *vicimus* l. *vicibus*. pag. 44. lin. 12. & 13. dele notas parentheseos. & lin. 13. post *lexica* pone; *ubi voces*. pag. 46. lin. 17. pro *notarum* l. *rotarum*. pag. 47. lin. 19. pro *calores* l. *colores*. pag. 49. lin. 2. pro *c democratia* l. *e democratia*. lin. 4. pro *a c* posteriori l. *a e*. lin. 9. pro *in* l. *sin*. pag. 50. pro *inculteret* l. incuteret. lin. 12. pro *cognitiones* l. *cognationes*. pag. 58. in ipso Schemate: *Suppropatruus 4. 2* transfer in eum locum, ubi est; *Propatruus 4. 1* & contra hoc in locum illius. pag. 56. lin. 21. pro *avo* l. *avus*. pag. 58. lin. 25. pro *vi* l. *in*. pag. 61. lin. 19. pro *usum falsiculum* l. *unum fasiculum*. pag. 68. lin. 6. pro *Aonie* l. *Aonio*. pag. 70. lin. 2. pro *produitum* l. *productum*. pag. 71. lin. 18. pro *animaliæ* l. *anomaliæ*. lin. 24. pro *inventæ* l. *inventæ*.